



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Quosdam impi[a]e in coniugum suoru[m] adulteria consentire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

comperit vim inesse magicam, arte cuiusdam Iudæi infertam, & ob eam causam, reiectam. Quàm crebras eiusmodi molitione, venena, & veneficia audimus? Nimirum ægerrimè ferunt homines, si debitor fidem fallat, quanto ægrius ferretur id coniux, cum videt, non de pecunia sua, sed de tori confortè agi?

V.

Zonar. tom. 3.

Verum est, fuisse, & esse quasdam feminas, quæ adulteria maritis vel indulerunt, vel annuerunt. Zonaras scribit, Constantinum Monomachum, Habram Sclerenam, non modo in exilio, sed etiam in regno habuisse, eamque, consentientem vxore Zoë, in aulam adduxisse. Sed aiunt Zoën, ob ingravescentem ætatem, Zelotypiam jam tunc abiectissimam: quod qui de

Cranzius l. 5.
Daniz.

femina credere potest, credat. Cranzius tradit, Ericum regem Daniæ, multis alioqui virtutibus, præsertim autem comitate, ornatum, plurimas pellices habuisse, quas etiam vxor eius Birtilda, e diuersis locis, accersitas, suis manibus complerit, maritoque vltimo miserit, vt eius sibi fauorem conciliaret. Litu-

Sabellic. l. 4.
Ennead. 10.

norum matronas, virorum permisso, palam concubinos habuisse, quos vocauerint *Connubij adiutores*, tradit Sabellicus. Seculi nostri etiam hoc dedecus est, inueniri, in quibusdam locis, qui, sanè non dissimulanter, tam nefandam, inter se, ineunt societatem, vt vxores, aut maritos, inter sese, commutent, mutantque, ea conditione, vt sibi vicissim alteri, vel altere remittantur. Cui tam pudendo flagitio error, aut ignorantia, vel peruicacia potius intolerabilis accedit. Existimant enim, adulterium non esse, neque fidem violari, quando alteruter coniugum est volens & jus suum alij resignat. Cum enim volens non fiat iniuria, aiunt, quam iniuriam vxori facio, si, illa consentiente, introduco meretricem? vel quam illa facit mihi iniuriam, si ego paupertate adactus illam diuiti prostituo, a quo diuitijs vel officijs possum augeri? Nimirum adeo caeca libido, & cæcus Cupido homines exoculat, vt dicant *malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Isa. 5. 20.

VI.

Scire enim debent isti, neminem jus habere consentientem in malum. Adulter ergo est, quisquis in adulterium consentit. At tua est vxor, aut tuus est maritus? Esto. Haud tamen inde conficies,